

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De officio, & obligatione ministri in Sacramenti pœnitentiæ administratione. 18

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

6. Quod si Episcopus absque iusta causa aliqui datam approbationem reuocet (quod praeiudicium non est,) verius existimo, inuidiam esse reuocationem: quia approbatio, quae est quædam sententia declarativa de sufficientia personæ, non videtur stante eadem sufficientia mutari posse. Tum, quia est mutatio iniuria, tum, quia est aliena à potestate Episcopi, quæ non in destructionem, sed in adificationem concessa est. Atque ita, et si cum formidine, docuit Suar. disp. 28. sect. 7. n. 7. Fagund. lib. 7. c. n. 6. Excipit Fagund. nisi a principio approbationem Episcopus concesserit iuxta suum beneplacitum: nam, eo celante, celat approbatio, sicuti celaret, limitato tempore concessa, eo tempore finito. Non caret difficultate exceptio, eo quod de beneplacito rationabili, & iusto videatur intelligendum, non de beneplacito iniusto, & irrationabili.

7. Quod ad Religiosos specialiter attinet, certum est, reuocari eorum approbationem posse, & deberi, si cognitum, & probatum fuerit, scandalosum vivere, errores disseminare, fundos, vel mente captos esse: utrum arguitur, id est, acceptimus, de estate, & qualitate. Tum, ex Concil. Trident. sect. 5. c. 2. qui textus, et si de Predicatore regulari loquatur, & æque de Confessario procedit, sicuti notarunt Henr. lib. 3. de penit. c. 6. num. 6. Rodrig. in expost. Bull. 5. 9. n. 31. in fine Fagund. 2. Eccl. præc. lib. 7. cap. 2. n. 24. & 31. Nam in predicto casu Episcopo, ratiq. Apostolicae Sedis Legato, regulariter subiicitur, vt ex dicto Concil. colligitur.

8. Extra hunc casum iudicat Petr. Zenedo de quest. canon. quest. 26. num. 14. in fin. & Barthol. Fumus verb. Ab solus. n. 25. semel datam approbationem Regularibus reuocari nullatenus posse, non solum ab ipso approbante, sed neque ab eius successore, eo quod haec approbatio sit quoddam ministerium, quod ex delegatione Sedis Apostolicae praestant Episcopi copartitione Religiorum. At Legatorum iurisdictione celat ex parte ministerio, ad quod delegantur. Ergo approbatione concessa non possunt Episcopi se amplius intromittere.

9. Ceterum omnino dicendum est à successore reuocari dictam approbationem posse, vt supponitur à Pio V. in quodam motu proprio edito anno 1571. incipiente, Romani Pontificis. ibi enim conceditur Episcopis, vt possint Religiosos omnes à se non approbatos prævio examine præcedente examinare. Ex qua concessione manifestè infertur, illis concedi reuocare approbationem posse, si factio examine indigatos approbatione inuenient, alias frustra examini subiicientur. Ex quo manifestè infertur, completa approbatione non finiri Ordinariorum legationem; sed in ipsis, coramque successoribus continui, vt causa iusta exigente suspendere, vel mutare approbationem possint. Atque ita docuit Suar. tom. 4. de penit. disp. 28. sect. 8. n. 4. & 5. Fagund. de secundo Eccl. præcept. lib. 7. cap. 2. n. 26. Coninch. disp. 8. de penit. dub. 7. n. 57. Barbol. de posse Episc. alleg. 25. n. 29. Mirand. in Manual. Pralat. t. 1. q. 45. art. 7. & alii.

10. Excipit ab hac doctrina Capitulum, Sede vacante, quod licet de iure posset Regularis ad examen vocare; spectatis tamen priuilegiis Regularibus concessis, nequaquam potest: etiam concilium est Dominicani, & Franciscani, ne Capitulum, Sede vacante, reuocare possit approbationem ad confessores, licentiam prædicandi, & vota in pia opera communandi, vt docuit Fagund. lib. 7. de secundo Eccl. præcept. c. 2. n. 28. & 29. relatis Sylvest. verbo Confessor. t. 1. q. 59. q. regula. art. 6. in fine.

11. Secundum, excipit Man. Rodrig. tom. 1. q. 45. regul. q. 59 art. 4. Religiosos SS. Dominicani, & Franciscani, qui lemel ab uno Episcopo approbati nequeunt nouo examinari à successore subiici, eo quod prædictis Religiosis concedatur in Clement. Duxum de sepulcr. ne noua approbatione indigant, tametsi aliquoties dicebentur, in qua fuerint approbati, exercire. Sed nullatenus est admittenda exceptio: nam in dicta Clement. solum concessum est, vt approbati, & præsentati libertè possint confessores audire, non tamen ibi conceditur, ne possint à successore examinari.

12. Quod dictum est de successore, à fortiori dicendum est, si in aliam dicectionem transferantur: possunt, inquam, à Prelato illius dicectionis examinari. Neque enim tenetur aliorum Episcoporum iudicio fidere, cum sapienter contingat, idoneum in una dicectione non sic reputari in alia dicectione, sicuti docuit Coninch. dub. 7. n. 57. Layman. l. 5. sum. tract. 6. c. II. n. 8. Mirand. ditta q. 45. art. 7. Barbol. alleg. 25. n. 29. & colligitur ex Clement. Duxum de sepulcr. posse medium.

13. Ab eodem autem Episcopo, si prævio examine fuerint Religiosi approbati, nouo examini subiici non possunt, & consequenter nequit Episcopus eorum approbationem suspendere, aut aliquo modo reuocare. Sic expressè conceditur à Pio V. in dicto motu proprio, qui non est reuocatus per Gregor. XIII. vt ex declaratione Cardinal. testatur Barbol. Fagund. Suar. & alij sibi. Notanter dixi, prævio examine: nam, si nullo examine præcedente aliquem regularem Episcopum approbauerit, poterit examini subiici: quia ex nullo priuilegio contrarium videtur cautum, vt aduestit Suarez.

tom. 4. de penitent. disp. 28. sect. 8. num. 5. Fagund. dictio lib. 7. cap. 2. num. 27.

14. Ad extreum notandum est, sacram Cardinalium Congregationem decreuerit 20. Novemb. anno 1615. prout refert Barbol. alleg. 25. num. 50. ne Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, ad quos Confessarios approbant, ius spectat, Confessarios regulares alias ab ipsis libertè approbatos ab audiendis confessionibus suspendere posthac licet, nisi ex nova causa, eaque ad confessiones pertinente, aut ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Insuperque, ne confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conuentus regularibus Confessariis cadem sacra Congregatione inconsulta admiteme possint. Ex quo decreto videtur inferri non posse, iam locorum Ordinarios generali suo edito Religiosis omnibus approbationem suspendere, nisi denudo examinentur: quia ex hoc generali decreto omnibus Confessariis Conuentus simul licentia adempta est. Deinde infertur, nullius particularis Religiosi approbationem supendi posse ab eo Prelato, à quo fuit concessa, tametsi prævio examine concessa non fuerit, nisi prius in particulari causa noua legitima suspensionis cognita, & probata fuerit: quod est conforme doctrina Henr. lib. 3. de penit. cap. 6. q. 6. à successore autem videtur supendi posse. Tum, ne dicamus, motum Pij V. reuocari hoc Congregacionis decreto. Tum, quia hoc decretum manifestè influuat de ipsis concedentibus approbationem loqui, non de successoribus, vt colligitur ex verbis, alias ab ipsis liberè approbatos.

P V N C T V M X I X .

De officio, & obligatione Ministri in Sacramenti Poenitentiæ administratione.

Triplicem obligationem Minister habere potest, antecedentem, comitantem, & subsequenter Sacramenti administrationem.

§. I.

De obligationibus antecedentibus Sacramenti administrationem.

1. Qualiter Sacerdotes non parochi obligantur hoc Sacramentum petenti administrare.
2. Plures censent, Parochum obligatum esse audire confessiones eo casu tantum, quo penitentis obligatur confiteri.
3. Verius est teneri, quiores subditum grauius Sacramento intendit.
4. Raro est obligatio Parochi hoc Sacramentum per se administrandi.
5. Qualiter Parochus obligetur tempore positi Sacramentum ministrare.
6. Quid, si infirmus nolit alia voce confiteri, debet secretam confessionem cum periculo contagiosum excipere.
7. Qualiter sunt excipienda confessiones, si plures eodem periculo naufragii laborent.
8. Parochi irrationaliter negant licentiam alieno Sacerdoti confidendi, plures censent à iure concedi.
9. Sed verius est oppositum.
10. Fit satis ratione dubitandi.
11. Quid in predicto casu oportet facere.

1. Antecedens obligatio ea tantum est sacerdoti, vt hoc sacramentum, cum ab eo peritur, administraret. Hanc autem obligationem, extra extremam necessitatem, solum Parochus habere potest. Alij vero sacerdotes, quia ex officio obligati non sunt sacramenta ministrare, reculare possunt administrationem petitam: at, si semel petitioni acquiecerint, & confessionem excepterint, absolutionem concedere, vel negare pro meritis causa tenentur, sicuti docuit Sotus in 4. disp. 18. quest. 2. art. 5. in fine Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 13. num. 2. concil.
2. De Parocho autem dubium est, an teneatur audire subditum confessionem, quiores ipse confiteri voluerit. Plures firmiter, solum obligatum esse, cum ipse penitentis tenetur confiteri: quia horum obligatio mutua esse videtur, alias onus grauiusnum, & intolerabile subiungit Parochi, si quiores eorum subditum confessionem perunt, obligati essent excipere. Sic docuerunt Richard. in 4. disp. 18. art. 2. quest. 1. Maior. disp. 17. q. 2. Sylvest. Confessor. t. 1. q. 18. Ioan. McC. Cod. de confess. q. de confess. peccat. audienda, quiores subditum confiteri voluerit. Armilla verbo, Absolution. n. 27.
3. Communior tamen, & vera sententia docet, teneri Parochum administrare Sacramentum subditis, quiores eius administratione grauius subditum indigent: quia ex officio tenebuntur subditis, tanto bono indigentibus prouidere. Censetur autem

antem sacramenti administratione grauiter indigere , sum, cùm præcepto diuino, vel ecclesiastico ab illius receptionem urgentur : tum cùm sibi reputant maximè conuenientem ad vincendam grauem aliquam tentationem; tum, cùm diu illius receptione caruerint , quia vix gratiam conferuerat , qui longo tempore à Pænitentia sacramento arceret : tum, cùm sacramentum Pænitentia medium est ad singularem aliquem spiritualem profectum ; vel quia pœnitens aliqua mortali culpa grauatus est , quam expedit non solum contritione, sed abolutione purgari ; vel quia est Iubilei tempus , quod omisso confessione non iucratur. Atque ita docent, alii relatis Vafq. quæf. 93. art. 3. dub. 6. Suar. disp. 32. sect. 1. num. 4. Henriquez lib. 6. cap. 17. n. 3. Coninch. disp. 8. dub. 17. q. 1. Layman. libr. 5. summa tract. 6. cap. 13. q. 1.

4. Moment tamen Suar. Vafq. Layman. & alij, raro esse obligatum parochum per se in supradictis casibus sacramentum ministrare , sed si facere sua obligationi , si per alios ministriat : quia sacramentum aqualis virtutis est à quocunque sacerdote ministratur : subdit autem nos solent argere ferre, quod eorum confessiones nolit parochus excipere, si alios sacerdotes vices eius habentes paratos habeant. Quapropter in oppidis & ciuitatibus, ubi Religijs mendicantes commorantur , vix parochi extra casum extremum, delinquere mortaliter possunt , si subditos religiosis mendicantibus confitendos remittant.

5. Secundò dubitabis , qualiter obligatus sis tempore peccatis seu naufragij sacramentum pœnitentia ministrare. Huic dubitationi ex parte satifici tract. 6. de charitas. disp. 1. punct. 9. ibi enim pluribus firmat, si parochus sis , fugere non posse, sed obligatum esse, etiam cum periculo vita, subditis peste infecti sacramenta pœnitentiae & Eucharistie ministrare, cùm alii non suppeditant , qui ministrant. Expedit tamen, ut quoad fieri possit, procure periculum contagionis vitare , rogando infirmum, ut permitat ē lecto , vel cubiculo portari ad feneram, ut foris flante, vel ad alium locum latum, ubi minus ad sit contagionis periculum, ipseque infirmus huius petitioni acquiescere debet, si abique graui incômodo facere potest, ut ex Ioan. Maiore in 4. disp. 13. qu. 1. Chapeauil. tract. de modo ministrandi Sacramenta tempore peccatis. cap. 1. quæf. 9. & cap. 3. quæf. 29. notavit Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 13. quæf. 3. Idem est dicendum, si ē loco commodè moueri non possit, valer tamen peccata alta voce fateri , quin alij audiant, & tu propinquae accedas : lex enim charitatis infirmum obligat ne te periculo vita exponat, cum sibi necessarium non est.

6. Quod si infirmus confitendi non possit, quin alij audiant, vel tu proximè accedas cum periculo contagionis, rogare in primis illum potes , ut alta voce ea peccata confitearis, quia nullam irrogant infamiam, scitis alii, quia irrogare possunt: nam ob tu periculum integriras confessionis omitti potest. Si enim pœnitens ob sui periculum non tenetur integrè confitendi, neque tu tenebris integrum confessionem excipere potes, ut periculum. Et licet pœnitens ob præceptum Confessionis obligatus non sit, alii audientibus confitendi: at si id absque sui graui detimento facere possit, confiteri obligatus, ut vitandum tua vita periculum. Verum si huic petitioni iusta, vel nolit acquiescere, vel argere acquiescat: credo, ut obligatum esse proxime accedere, & lectoram confessionem excipere; quia ex officio obligatio ministrare subditis extremè laboranibus sacramentum, secundum ritum, qui infirmus est: quia ius haber potendi sacramenta ministrari sibi, secundum modum, & ritum a Christo, & Ecclesia præscriptum, si alius extraneus sibi molestus sit. Eo tamen casu non teneris, et si possis, integrum confessionem excipere; sed auditio vno, vel altero peccato absolutione poteris impendere, ut dixi, ob periculum contagionis, quod in audienda integra confessione subire potes, & credis vitaturum dimidia confessione excepta.

7. Illud vero est certum , si alij eadem necessitate prementur, & periculum sit, quod ab illo sacramento sint deceperit, si unius confessionem integrè excipias, te obligatum esse abstiner ab illa confessione integrè excipienda , & qua potuisse biecurate omnibus fecisse, ut latus dixi, cùm integratissima confessionis sum locutus. Quinid probabile existimo, multis simul periclitantibus, & signa confessionis exhibentibus, confessionemque potestantibus, unico verbo absolutorum impendere te posse dicendo: *Absoluo vos à peccatis vestris.* &c. si signatius concedi non potest, quia illa forma, esto physicè tua sit, moraliter est multiplex, & in quolibet pœnitente suum sacramentum distinctum constituit. Notanter dixi, *probabile*, quia non defunt qui negent, illum modum ministracionis illicitum esse, ut pro alienum à ritu communis, & Ecclesiæ præcepti. Sed audiendi non sunt: nam esto ille modus ministracionis non sit vritate extra necessitatem, stante necessitate extrema nihil est, quod illius ritus impedit, sicuti hæc omnia latius prosequitur Zambran. de casibus referuntur. c. 4. dub. 6. Chapeauil. de modo ministrandi Sacramenta tempore peccatis. c. 1. qu. 9. & c. 3. qu. 26. & seqq. Layman. libr. 5. sum. tract. 6. c. 13. n. 4. q. 3.

8. Tertiò dubitabis , an parochi tibi iniuste negante li-

centiam, alieno sacerdoti confitendi , iure ipso censeatur tibi concessa. Ratio dubitandi est: quia superior, cui sunt casus referati, negans subditu irrationabiliter licentiam confidere Ordinario, censetur iure ipso eam licentiam obtinere, & Ordinario confiteri posse, sicuti firmatum ex probabili sententia reliquimus, pun. 14. §. vlt. Ergo similiter censebitur concessa facultas alieno sacerdoti confitendi, quia ab Ordinario iniuste denegatur, præcipue cum non patet aditus ad Episcopum, vel alium superiore. Atque ita traditum Paludan. in 4. disp. 17. q. 3. art. 3. cau. 1. Richard. eadem disp. art. 3. quæf. 7. Maior quæf. 2. col. 6. Adrian. de confess. quæf. 6. dub. 3. Syllvest. verbos, confessor, 2. quæf. 6. Naurari. cap. Placuit n. 14. 4. de penit. disp. 6. Henric. lib. 6. cap. 15. num. 4. Tolet. lib. 3. cap. 13. & colligitur ex cap. Placuit, ut deinceps de penitent. disp. 6. ibi: Placuit, ut deinceps nulli Sacerdotum licet quemlibet commissum alteri sacerdoti ad pœnitentiam suscipere sine eius consensu, cui prius se commisit, nisi pro ignorantia illius, cui pœnitens prius confessus est. Si igitur ob ignoranciam proprij sacerdoris licet ad alienum accedere, a fortiori licet, si ad malum prouocaturus est, si reuelatus est sigillum, alienum iniquitatem effecturus.

9. Ceterum, eti supra dicta sententia probabilis sit, probabilitatem existimo negantem, concedi sacerdoti alieno iurisdictionem. Sic Th. in Supplement. quæf. 8. art. 4. ad 5. Alenc. in 4. q. 78. n. 1. art. 2. Ioann. Medin. Cod. de confess. q. 30. Sotus disp. 18. quæf. 4. art. 2. Limas 1. part. method. c. 6. §. 1. Petri Naurari. lib. 2. de refut. cap. 4. num. 269. Philaret. 1. part. lib. 2. c. 24. Suar. disp. 27. sect. 4. conclus. 2. Laym. lib. 5. sum. tract. 6. c. 13. quæf. 2. cont. 3. Moucor: quia ad Pœnitentiam Sacramenti administrationem necessaria est iurisdictionis: hanc autem extra mortis periculum alienus Sacerdos non habet, nisi a proprio illi fuerit concessa, ut expressè dicitur in cap. *Omnis virilisque sexus de penitent. & remissionibus.* Cui non obstat text in cap. Placuit, ibi enim prohibet Pontifex, ne villas sacerdos, etiam alijs legitimis esset, suscipiat ad pœnitentiam, id est, ad mandamus publicam pœnitentiam ei, qui alteri confessus est, nisi de eius consensu, vel inde confitetur, pœnitentiam irrationabilem esse: ex quo nec leuter colligitur, ne negata facultate a proprio sacerdote, alieno iurisdictionem ad confitendum concedi, ut bene alii relatis expendit Suar. disp. 27. sect. 2. n. 12. usque in finem.

10. Ad rationem dubitandi respondeo, diversam esse rationem: nam reservatio est arrogatio iurisdictionis inferioribus sacerdotibus competentis , quam obbonum subditorum sibi superior facit: celsante autem hoc bono, infirmum non est, quod reservatio cesseret, & inferiores sacerdotes in potestate sibi alijs competente succedant. At alienus sacerdos, cùm nunquam iurisdictionem haberet in non subditum, nequit ex sola negatione iniusta proprij sacerdoris illam obtinere, cùm nullibi a iure cauteum sit. Præterea ex variis textibus colligitur, ut punct. 14. §. 2. probauimus, vrgente causa superiori concedere subditu facultatem eligendi Confessorem, etiam idoneum, pro casibus referentibus, cum obligatione comparendi. At ex nullo texu colligi potest, concedam esse facultatem confitendi alieno ob negationem iniustum proprij Pastoris. Ergo, &c.

11. Quod si inquiras, quid in prædicto casu te facere oporteat, spectandus est finis, ob quem licentiam expostulas alieno confitendi: si enim expostulas, quia gravi verecundia, & pudore afficeris peccata proprio Parochio manifestans, certè cum hæc occasio ex peccato commissi, & ex tui immoderato amore oriatur, & non ex malitia parochi nullatenus concedere potest alieno sacerdoti facultatem confitendi, quinid si præceptum confessionis viget, obligatus es verecundiam, & pudorem vincere, & proprio sacerdoti facultatem neganti fateri, sicuti docuit Suar. disp. 27. sect. 4. in fine. At, si licentiam expostulas, quia parochus est ignarus; vel, quia scandalum præbitur est; vel, quia sigillum violatur, vel aliud simile. Si haec inconveniens, non ex confessione absolutur, sed ex confessione vniuersi, vel alterius peccati timetur, pores, & debes tacito eo peccato confessionem facere: quia est sufficiens causa omittendi integratissima confessionis: fecis est, si ex confessione absolutum timeantur: tunc enim omitti potest confessio, sicuti omittenda esset, si ipse parochus, nec excipes re confessionem veller, neque licentiam alteri Sacerdoti concedere: tunc enim te reputare debes, ac si Sacerdos proprius absens, vel mortuus esset, quo casu non licet tibi alienum adire.

§. I. I.

De obligationibus occurrentibus in Sacramenti administratione.

1. Examinare tenetur Confessorarius pœnitentem, quem credis iuxta sui captum non premisso sufficiens examen: secus si moraliter certus es.
2. Si sufficienter, iuxta sui possibilitatem, pœnitens conscientiam examinans,

- examinauit, videtur non esse obligatus Confessarius interrogare; tametsi credit plura omitti.
 3. Sed convarium tenendum est.
 4. Qualis interrogatio facienda est.
 5. Quid si penitentis interrogatus negat peccatum commissum.
 6. Tenet Confessarius monere penitentem laborantem ignorancia crassa, & viciibili.
 7. Si ignorantia sit inuincibilis, neque sperat fructum ex monitione, monere non tenetur.
 8. Si probabilitas iudicet morationem proficiatram, absque gratia incommode praestare debet.
 9. Si de matrimonio contrabendo agitur, regulariter monendum est penitens: quid de iam contracto, vel priuatione debitis perendi.
 10. Stante dubio, non potest Confessarius monitionem omittire.
 11. Sed, an eo casu, quo Confessarius non tenetur penitentem monere, possit illum statim consilere.
 12. Quibus eveniis sit obligatio absoluendi penitentem, vel inabsolucionem dimittendi.

E nodanda sunt aliae questiones, ut huic puncto satisfaciamus. Prima, an teneatur Confessor penitentem examinare, & qualiter praestare debet? Quia in re certum est, si Confessor moraliter certus sit penitentem non praemissile iuxta sui capitum, sufficiens sua conscientia examen, obligatus efficiens interrogacionibus adiuuare, alias absolucionem concedere nequit; quia esset infidelis dispensator Sacramentum ministri eius, qui indispositus est, integratatem confessoris culpabiliter omissens, vt bene tradit. Agid. de Coninch. disput. 8. dub. 17. num. 130. concl. 2. E contra, si moraliter certus est, penitentem integrè omnia, quia commissi explicare, ritè esse dispositum, nullatenus tenuerit, inò neque expedit penitentem interrogare: quia esset interrogatio curiosa, oriosa, & onerosa penitentis, vt bene nota fuerit Suarez dip. 32. sed. 3. num. 3. Laym. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 13. q. 5. concl. 1. & alij apud ipsos.

2. Verum, si probabilitas credit (vt semper presumendum est) penitentem, iuxta sui capitum, & possibiliter praemissile sufficientem diligentiam in sue conscientia examinatione, difficultate non caret, an eo casu teneatur Confessor illam interrogare de peccatis, seu circumstantiis, quae probabilitas credit commissile: & ob ignorantiam, vel inadvertentiam inculpabilem non facetur. Etenim sacerdos non videtur obligatus interrogare penitentem, nisi ob perfectionem factamentis, & illius effectum. At perfectio sacramenti, & illius effectus non impeditur ex eo, quod penitentis circumstantiam, vel peccatum confiteri inculpabiliter omittat, ergo eo casu non tenetur sacerdos interrogare. Praterea graue onus esset Confessariis imponit, si penitentem alias absolucioni ritè dispositum obligari, scilicet examinare, & nouis interrogacionibus peccata, quae presumuntur commissa, inquirere; quia vix esset villus penitens, qui ab hoc examine liberari posset: nam esto doctus, & literatus sit, ob obliuionem, & inadvertentiam aliquas solet circumstantias, & peccata omittere, quae diligenter Confessarii accederet, explicarentur. Adde, quod Confessarius in Sacramento Penitentia non est obligatus officium accusatoris, & testis exercere (id enim soli penitenti competit): sed tantum officium Iudicis: at ad Iudicis officium non pertinet, nouis interrogacionibus peccata reuocari, sed ab accusatore, & teste inquisita, & sibi manifestata iudicare. Nulla igitur est obligatio, penitentem ritè dispositum examinare. Atque ita docet Ioan. Med. Cod. de confess. qu. de confess. adiutoria iheranda. Fauer Valquez de penit. qu. 93. an. 1. dub. 7. num. 3. & 4. vbi inquit, penitentem noscentem, que necessaria sunt ad substantiam sacramenti, si confiteri, sufficientem adiutuisse diligentiam in examine, interrogandum non esse, etiam si probabilitas iudicet Confessarius nouum aliquod peccatum inuictigatur. Et Dominic. Sotus in 4. dip. 18. quæst. 2. art. 4. colum. 14. ait: Officium per se Confessarij non est interrogare, sed audire penitentem: in foro namque criminali, quod procedit ad punitionem, debet index reum interrogatio in examinare sed in foro penitentiaro, quod non procedit per viam coactionis, sed per spontaneam voluntatem penitentis, quantum est per se, etiam est simplicem confessionem audiens, secundum illam iudicare. Ex quibus verbis, et si Sotus iudicet per accidentem Confessarium obligari posse ad interrogandum penitentem; id explicari debet, cum penitentis ob suam culpam non integrè confiteretur: quia hic casus est, qui per accidentem contingit.

3. Nihilominus communis sententia docet, in praedicto casu Confessarium obligatum esse penitentem examinare, & interrogare, precipue quando defectus creditur in circumstantiis, vel numero peccatorum explicandis. Sic Nauar. cap. 5. num. 2. Graffis libr. 1. cap. 25. Tolet. lib. 3. cap. 19. Henr. lib. 6. cap. 27. Suarez dip. 32. sed. 3. num. 7. Laymann. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 13. quæst. 5. Agidius de Coninch. dip. 8. dub. 17. num. 131. Valq. dicto dub. 7. defendit hanc partem, vt probabilem, & alij apud præcitatios Doctores; & mihi certa videtur, &

sufficienter indicata in e. Omnis viriusque sexus de penitente, & remissionib. ibi: Sit sacerdos cautus & discrevus, more modesti, diligenter inquires peccatorum circumstantiarum. Ratio est: quia eborum iudicium penitentie spontaneum sit, & non coactum, id non impedit, quin Index in illo foro inquirere debeat de causa indicandorum ut coacte, sed ut spontaneè iudicetur. Neque enim Index perfectè suum minus obibile, si quod fieri possit, non procurauerit, ut omnis causa in illo foro necessariè iudicanda innotescat. Neque item officium perfici medici exercebit, si credens penitentem plura vulnera lethalia habentem, & ob ignorantiam non manifestantem, omittat inquirere. Deinde si penitentem pro suo capitu diligenter examinatum non tenerit, Sacerdos interrogare, tametsi videat aliecius peccati obliuisci; efficiut sanè, ferre nunquam teneri penitentem examinare. Nam vel penitentis est doctus, vel indectus, & rusticus. Si doctus est, presumi debet ad confessum accedere examine sufficientem præmisso, sicuti presumuntur accedere cum aliis ad absolucionem requisitis. Si vero indectus, & rusticus sit, & moneatur de examine requisito, ipseque fecisse afferat; credere Confessarius tenetur, sicuti credit de peccatis dolentes precipue cum iu rustici, etiam longius tempus infirmum, nunquam possunt ita integre confiteri, quin multa peccata omittant alias manifestanda, nisi diligentia Confessarij iuuentur. Ergo vel dicendum est, nunquam Confessorem esse obligatum interrogare, & examine penitentem, quod est contra proximam Ecclesiam & confititudinem receptam: vel dicendum est, teneri, quoties probabilitas & prudenter iudicat, spectatis circumstantiis, penitentem aliecius mortaliter necessariò manifestandi oblinisci. Et per hæc sit satis ratione contraria. Dicimus namque, obligationem interrogandi penitentem oriri, non ob integratatem formalem sacramenti, & illius effectum; sed ob integratatem, etiam materialem iudicij; quam non solum penitentem, sed etiam Confessarij obligant, quod fieri possit, procurare: quippe tenetur procurare, ut in iudicium adducantur omnia, quæ necessariò iudicanda sunt. Neque inde sit, Confessariis graue onus imponi. Non enim affirmamus, omnes penitentes examinandos esse; sed eos tantum, quos ex circumstantiis probabilitate colliguntur aliquorum moralium manifestationem omittere, de illisque tantum interrogando.

4. Sed qualiter sunt interrogandi? Certe summa prudenter opus est. Non enim decet sacerdotem inutilibus interrogacionibus detineri: tum ob reverentiam Sacramenti: tum ne penitenti molestus sit: tum ne videatur potius curiosus inquisitor, quam necessarius investigator: quod in peccatis carnis maximè obseruandum est. Partim ne penitens appetat postmodum exercere peccatum, cuius à Confessario instrutus est, partim ne ipsi, vel tibi causa sit aliecius tentationis vel contentus, partim ne penitentem scandalizet, vel illi occasionem prebeat suspicandi, sacerdotem in omnibus venientibus delectari. Quocirca de rebus in honestis solum ea interroganda sunt, quæ ex his, quæ penitentis confiteruntur, colliguntur necessaria interrogatu: alia præstat omitti, quam supradictis incommodis inuolui. De aliis vero peccatis spectanda est qualitas penitentis, officia, & negotia, quibus versatur est, & tempus ex quo non fuit confessus, & secundum hæc interrogari potest de iis, quæ probabilitas credit commissile. Ut tamen cordate procedas, spectare debes, quid ipse dicat, & ex eius dictis colliges, quid sit necessariò vel conuenienter interrogandum, ut latius tradunt Nauar. Henr. Suar. Valq. Layman. Agid. locis allegatis. Nullum tamen peccatum ante finitam confessionem graueri ponderabis, aut oburgabis, ne penitentem deterritus alia forte grauiora manifestare omittas.

5. Secunda quæstio: An penitentem non solum tacenti peccatum, sed interrogata neganti, absolutione impendi debeat. Respondetum Suar. dip. 32. sed. 3. num. 9. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 14. circa finem. quæst. 3. regulariter standum esse dicto penitentis potius, quam aliorum relatione: quia ipsa est reus, & testis in illo foro, & secundum eius probacionem, & allegationem sententia ferenda est. Quod si sacerdos eudenter sciat, penitentem negare peccatum, quod confessus non est, quod raro contingit: ut poterit notitia, quam habet, ut illum conuincat, modo sit absque sigilli violatione: & si adhuc in negatione perseverat, neganda est absolutione: quia absolutione, cum sit actus secretus, & ad bonum penitentis relatus, concedi non potest ei, quem sacerdos eudenter cognoscit esse indispositum, ut docuit Suar. suprà, & Henr. lib. 6. cap. 20. numer. 6. Laymann. libr. 5. sum. tract. 6. capit. 14. in fine.

6. Tertia quæstio: An tenebris penitentem monere, quando per ignorantiam est in statu de se malo, vel illum assumeret intendi? Respondet, si ignorantia est crassa, & vicibilis, monere omnino illum debere, ut peccati peniteat: forte cum monitione, & exhortatione, propositum conciperet desistendi a peccato: in minus, absque absolutione dimittendus est, utpote indispositus. Sic ex communis sententia docet Media. de confess. quæst. 19. Sotus in 4. dip. 18. quæst. 2. art. 4. ad 2. Sanch. lib. 2. de marimon. dip. 38. num. 2. Coninch. disput. 8. in fine.

de pénitent. dub. 17. num. 136. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. c. 13. quæf. 4. n. 5.

7. Verum, si ignorantia præsumatur invincibilis, & mortaliter inculpabilis, distinguendum est, si ex mortione frumentum non speras consequi; sed potius times mortitione facta in eodem statu pénitentem perseveraturum, nullo modo debes monere; sed absolutionem virpte rectè disposito impendere: quia, cum hæc mortitione in bonum pénitentis dirigatur, eo bono cessante, cessare debet; quippe pénitentib[us] ob suam malitiam ea mortitione nocuit et, & peccati committendi occasio: que omnia omisit mortitione vitantur. Atque ita docent alii relatis, Vazquez de pénitent. quæf. 93. art. 3. dub. 9. Suar. disp. 32. sect. 4. num. 4. Coninch. dub. 17. num. 137. Layman. dictio lib. 5. tract. 6. cap. 13. quæf. 4. n. 5. & colligitur ex August. relato in cap. Si quis autem de pénitent. disp. 7. ibi: Si scirem nō tibi prodeat, non te admonerem, non te terrem. Et Innocent. III. in cap. Quia circa. De consanguinitate. & affinitate. vbi dissimilari precipit, ob virandum fæcalium cum quibusdam, qui bona fide matrimonium se contraxisse putabant, cum tamen impedimentum occultum haberent.

8. Quod si probabiliter iudices, mortitionem profuturam, absque graui tamen incommodo, & sine scandalorum tenoris pénitentem monere, tum ex charitate, tum ex iustitia, si Pastores. Etenim error ille malum quoddam est, & occasio plura materialia peccata committendi, & sapientia non leibus incommodis expeditum. Remoueri ergo debet, si facile potest, vt ex communione sententia firmant. Couar. l. 4. 2. p. ca. 6. §. 10. num. 15. Suar. disp. 32. sect. 4. num. 4. Valq. quæf. 93. art. 3. dub. 6. Coninch. disp. 8. dub. 17. num. 138. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 13. quæf. 4. concl. 3. Notanter dixi, ab quo graui incommodo, & scandaloso enim pénitentis mortitione acquisetur, & statum de familiam vitare comabitur. Sed tot querimonia, & lites, aliquæ inconvenientia inde timeri possunt oritura, ut meritò Confessarius dissimilare debeat, ut bene supradicti Doctores notarunt.

9. Duo tamen placet aduertere. Primum: Si de matrimonio contrahendo agatur, & pénitentis ignorantia impeditimenti dicens laboreret, regulariter omnino monendum est: tum ob reuerentiam sacramenti: tum ob inconvenientiam, quæ ex matrimonio irrito frequenter oriuntur, & difficiliter reparantur, quia sapientia matrimonium contrahendum error, & ignorantia cessante solvit, qua cessante expositus est pénitentis non leui periculi peccandi: tum denique, quia semper præsumi debet pénitentis, vel à matrimonio contrahendo recessurus, vel dispensationem impetratus, sicuti hæc omnia latius notat Sanech. lib. 2. de matri. disp. 38. a. num. 6. At, si de matrimonio inuiditudo contracto agatur, vel de priuatione debiti perendi, si est casus, in quo Confessarius dispensare, vel ab Episcopo faciliter obtinere dispensatio potest, plerumque pénitentis monendum est; quia, cum huiusmodi error, & ignorantia sit quoddam malum, & occasio multa peccata materialia committendi, credendum non est, pénitentem ab eo liberari nolle, cum facile possit, ut bene dixit Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 13. quæf. 4. n. 6.

10. Secundum: Si pénitentis dubius sit de matrimonij valore, vel de potestate perendi debitum, vel de obligatione restituendi, sicut eo dubio dissimilare Confessarius non potest: quia iam incepit ignorantiam vineibilem habere; sed necessario obligatur, tum ex charitate, tum ex iustitia veritatem pénitentis manifestare, ne eius error, & ignorantia ipsi tribuantur. Sic ex communione sententia docent Sancti, lib. 2. de matri. disp. 38. n. 8. A. fiduc. Coninch. disp. 8. dub. 17. concl. 8. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 13. quæf. 4. n. 7.

11. Super istum dicendum, an eo casu, quo dissimilare potes cum pénitente ignorantia invincibili laborante, possis illum statum consulere, v.g. laborat invincibili ignorantia pénitentis impeditimenti, quod habet in matrimonio contrahendo, vel contracto? potestine coulure, ut matrimonium contrahat; vel post matrimonium contractum, ut debitum petat, vel redditum in iis casibus, in quibus potes dissimilare? Item, si pénitentis bona aliena invincibili ignorantia possidet, potestine coulure, ne restituit, sicuti potes dissimilare, cum non speras mortitionis fructum?

Respondeo, te consulete posse omnem illam actionem, quam pénitentis posita illa ignorantia omittere abesse peccato non potest: sicut vero illas actiones, quas liberè potest omittere. Vt rāmque patrem docuit Aegid. de Coninch. disp. 8. dub. 17. concl. 7. & 8. Et probatur: nam actiones, quas pénitentis obligatur exercere, nullam malitiam, etiam materialē, continent, quia haec esse non potest, vbi non adest libertas materialis actus vitandi, id est nihil impedit, quominus cōsuli possint. At actiones, quas pénitentis liberè potest omittere, vlo ob ignorantiam a malitia formalē excusentur, at materialē continent, cum de le malā sint, & libera sint facte. Ex quo sit, in predictis casibus te non posse consulere pénitenti, ut matrimonium contrahat, neque post contractum petat debitum, neque possidenti aliena bona ne restituit: quia consuleres actiones, quæ à pénitente vitari possunt, ac proxim

de sunt materialiter improba, bene tamen consulere potes, & debes, ut post contractum matrimonium debitum reddaris, quia redditio debitum ex ignorantia posita vitare nequit, ac proinde nec materialiter mala est. Conscientiam in hac posteriori parte Sanch. & Laym. loc. alleg.

12. Quæstio quarta: Quibus eventibus possis, vel teneatis pénitentem absoluere, vel inabfolutum dimittere? Pénitentis ritè peccata facienti obligatis sua gravi culpa absolutionem concedete: quia ob confessionem factam ius acquisiuit, ne ei absolutione beneficium negetur. E contra peccata abesse debito dolore, vel non integrè pro eius captiuo facienti absolutionem negare debes, utpote ea indigno, quoque dolorem concepiat, & integrè facatur. Sic ex omnium sententia tradit Suar. disp. 32. sect. 2. num. 2. Coninch. disp. 8. de pénit. dub. 17. concl. 3. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 13. quæf. 6. concl. 1. Si verò heræs, nec probabile iudicium de legitima dispositione pénitentis concipere possis, debes pénitentem interrogare, & eius responsionis acquirescere, dum tibi contrarium non constat: quia ipse est solus testis in illo foro. Sic Suar. Layman. & Coninch. locis allegatis. Porro sapè pénitentis sine vero dolore ad confessionem accedit; sed Confessarij monitis, & exhortationibus, quibus & turpitudine peccati, & offensa Dei, & Inferni pœna representant, verum dolorē concipit. Sapè integrè non fatur eis orationem ignoratiā, vel malitiam: ut interrogationibus Confessarij negligiantur purgari, & confessionis integræ praefat: id est non debes statim hunc pénitentem indolitus inabfolutum dimittere, ut legitime paratus, & cum debita dispositione postmodum reuertatur: fortè enim non redibit, ut multe faciat, sed charitatis Christi memor expediri, si tempus sufficeret, ut quod fieri possit, illum disponas, non tamen teneris; sed potes illum inabfolutum dimittere, ut dolore conceptio, & examine legitimè praemissu[m] ad confessionem redeat. Etenim iudicium confessionis ob doloris, vel integratissimum culpabilem defectum ritè incepit non est, ac proinde ins pénitentis de absolutione sibi concedenda non est acquisitum: de qua re Bartholom. de Medin. lib. 2. infrustr. ca. 6. Suar. disp. 32. sect. 2. & 3. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 13. quæf. 6. Quod si pénitentis inculpabilitate dolorem, vel integratissimum confessionis omittit, crederet, eo renuente, te non posse illum inabfolutum dimittere; tamen si possis aliquarummodo differre: quia est iudicium confessionis legitimè incepit, & ius a pénitente inchoante acquisitum, sed obligatis, tum exhortationibus, tum interrogacionibus, tum dilatione absolutionis, defectum suppletu[m], & sacramentum trunca, & imperfectum relinquatur, nūc pénitentem onerofum fiat, ut bene inter alios doceatur Sylvestr. Confess. 4. num. 14. Nauarr. in cap. Fratres. n. 4. de pénit. disp. 5. Suar. disp. 32. sect. 3. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 13. quæf. 6. Qualiter autem te debetas gerere cum eo, qui occasionem peccandi non fugit, latè diximus tract. 2. de peccat. disp. 2. p. 9. §. 3. a. num. 15. Neque ibi dictis aliquid addendum occurrit. Ea tamen omnino reperio confirmata ab Aegid. de Coninch. disp. 8. de pénit. dub. 17. concl. 4. Suar. disp. 32. sect. 2. n. 3.

§. III.

De obligationibus post Sacramenti administrationem.

- Post Sacramentum solum superest obligatio, si male administratum est.
- Si ob indispositionem pénitentis fuit nulla administratio, & ipse ignorans est defectus, obligari non monere.
- Quid, si non habuisti intentionem absoluendi, vel non absoluisti.
- Quid, si caruisti iurisdictione.
- Quid, si errorem docuisti.
- Quid, si culpabiliter omisisti monere de obligatione restitutio[n]is, alteriusque precepti.

1. Obligatio nulla superest, nisi ob malam Sacramenti administrationem, quæ oriri potest, partim ex pénitente, eo quod ad suscipiendam absolutionem indispositus accessit; partim ex Confessario, qui iurisdictione ad absolvendum currit, vel errorem consuluit, vel monitionem debet amissit.

2. Si sacramentum nullum fuit ex defectu pénitentis, & ipse nullitatem agnoscat, nulla alia est sacerdori obligatio, nisi pénitente peccati commissi. At, si pénitentis ignarus est, obligatur sacerdos, tum ex charitate, tum ex iustitia, si Pastor est, pénitentem monere, sperans monitionem profuturam, partim ob diuinum præceptum, quo adstringitur ad ea peccata ritè confitenda, cuius violationis complex fuit Confessarius, absolutionem indebet impendens; partim ob diuinum ipsius pénitentis, qui in statu damnationis est, cum non fuerint illi peccata remissa.

3. Si verò defectus se teneat ex parte Confessarij, cō quod intentione

P V N C T V M XIX.

De sigillo confessionis:

§. I.

Quid sit sigillum, & qualis eius obligatio.

1. *Vnde datur sigillum, & quid sit.*
2. *Qualiter peccat violans sigillum.*
3. *Nullo casu violare licet.*
4. *Eiam ob manifestandum proprium peccatum.*
5. *Neque post mortem penitentis.*
6. *Ex sola facultate penitentis violari sigillum potest.*
7. *Debet esse expressa, nec sufficit presumpta.*
8. *Item, debet esse spontanea.*
9. *Revocare potest, nemus concessa.*
10. *Verbo concedi potest, neque est scriptura necessaria.*
11. *Qualiter se defendet Sacerdos accusatus de sigilli violatione.*
12. *Obligatio seruandi sigillum non admittit levitatem materiae.*
13. *Nulla sunt penae ipso iure imposita violentibus sigillum.*
14. *Quis sit iudex huius delicti.*

1. **S**igillum est obligatio non manifestandi ea, quae in confessione cognita sunt. Desumpta est haec vox per metaphoram ex sigillo litterarum, quae eo durante, nec legi, nec aperiti possunt.
2. Ad seruandum sigillum obligat, tum iustitia, ne aliena peccata reuelentur, tum fidelitas, ob tacitam promissionem non reuelandi, sive sub ea conditione dicta, & accepta sunt, tum religio, ne sacramenti institutioni aliquo modo derogetur. Quocirca violans sigillum, & contra fidelitatem, & iustitiam, & contra religionem delinquit, sicut bene docent Suarez, tom. 4. de penit. disp. 33. sect. 1. Coninch. disp. 9. dub. 1. in prima. Fagund. de secundo Eccles. precept. lib. 6. cap. 1. nro. 2. & 6. Bonac. disp. 5. de Sacram. Penitent. q. 6. sect. 5. pun. 1. n. 4. & alij apud ipsos.
3. Hac obligatio, quatenus ex religione oritur, ita strictissima est, ut nullo casu, quantumvis grauissimo, sive boni consequendi, sive mali vitandi, absque voluntate penitentis celari possit, vt ex communis sententia tradunt Suarez. dicta disp. 33. sect. 2. Nauart. cap. 8. num. 1. Layman. l. 5. sum. tract. 6. cap. 14. Fagund. cap. 1. num. 7. & colligitur ex cap. Sacerdos. de penit. disp. 6. & cap. Omnis virilisque sexus. de penit. & remissiob. Etenim, ut ex perpetuo vnu, & traditione Ecclesia constat, Christus Dominus hoc sacramentum instituens praecepit, ne ob ullam causam ibi cogitata manifestetur, ut hac ratione Sacramentum, neque odiosum, neque onerosum redideret.
4. Hanc doctrinam aliqui Doctores, inter quos est Domin. Socio in 4. disp. 18. quest. 4. art. 5. vers. Occurrunt. & lib. de teneendo secreto, quest. 4. concl. limitant ne procedat in casu, quo sacerdos suum peccatum explicare non posset, absque manifestatione peccati penitentis in confessione auditum: quia eo casu duo precepta concurrunt, & virtutum diuinorum alterum de integritate confessionis, alterum de fernando sigillo. At praeceptum de integritate confessionis strictius videtur obligare, quam praeceptum de sigillo seruando: quia praeceptum de integritate confessionis in gratiam Sacramenti, & integratatem illius iudicij appositum est: praeceptum vero de sigillo seruando in gratiam penitentis. Deinde, quia sacerdos potius videtur obligatus sua saluti consulens, integrum faciens confessionem, quam famam penitenti secreta seruando.

Sed haec limitatio, ut omnino improbabilis, reicienda est, sicut multis relatis reicit Vasq. de penit. quest. 4. art. 4. dub. 4. Suarez. disp. 33. sect. 1. num. 18. Gutierr. canon. quest. libr. 1. cap. 11. n. 4. 9. & 10. Fagund. de secundo Eccles. precept. lib. 6. cap. 1. nro. 7. & 9. Coninch. disp. 9. dub. 1. num. 21. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 14. num. 13. Nam etsi obligatio sigilli in gratiam penitentium statuta sit, cedit tamen maxime in ipsis sacramenti bonum, si omnes sciant, in nullo casu, absque penitentis licentia, violari posse: quippe eius vius facilior, & suauior rediderit.

5. Alij, quorum meminit Couarr. 2. part. decret. cap. 8. §. 11. num. 9. excipiunt casum, quo penitentis morem sit, & illius confessionis reuelatio necessaria sit ad impedendum gratum malum. Sed, ut restat ipse Couarr. notat, hi Doctores audiendi non sunt, vnde confundunt Ecclesiam, & communis sententias aduersantes. Etenim fama aquae in vita, ac post mortem penitentibus necessaria est, & quaque deterretur homines ab viu Confessionis, si scirent post eorum mortem peccata ad impedendum damnum reuelari posse.
6. Quocirca iolum haec exceptio admittenda est, scilicet, ex licentia, & facultate penitentis. Nam, cum in gratia ipsius hoc

intentione caruit absoluendi penitentem, vel obliuio est illum absoluere; si penitentis ab eius conpectu non recessit, credo, recta intentione posse, & debere absoluere, tametsi penitentis nihil de absolutione secundo data cogitauerit: quia penitentia confessionem fecit animo recipiendi veram absolutionem, in qua voluntate censensus est perseverare, quouique illam recipiat. Sic Aegid. de Coninch. disp. 8. dub. 17. art. 9. num. 14.2. Bonac. disp. 5. q. 7. punct. 6. n. 2. Quid si penitentis à conpectu Sacerdotis recessit pro aliquo tempore, ob cuius cauani timeri potest, nouo peccato se maculasse, nullatenus ei non praeconito, erit penitent, noua absolutione concedenda est ob periculum irritandi sacramentum, & conferendi absolutionem indisposito: sed monitus penitentis de defectu commissio, si in eadem contritione & voluntate excipiendi absolutionem affirmsit persistere, ei concedi debet: quia ea significatio est quodam repetita confessio, ob quam absolutione dignus existit.

4. Ferè idem est dicendum, si absoluio nulla fuit ob defec-
tum iurisdictionis in referuata, vel in omnia peccata confes-
satarū tamē ob huiusmodi defec-
tum absolutio nulla est, si
ex parte penitentis legitima adest dispositio. Etenim ut ex
supradictis constat, talis probabile est, penitentem bona fide
peccata aliqua venialia simul cum mortalibus simplici sacer-
doti confitentem, sacramentum recipere, & verē absolutum
manere ditecēt à venialibus, indirecte ab aliis: ac proinde cum
obligatione detrecto errore illa fatendi, sicuti docuit Sanchez. l.
1. sum. c. 9. n. 35. Layman. l. 5. sum. tract. 6. c. 10. n. 16. vers. Ad extre-
mum. Sed concessio, absolutionem esse nullam, vel latenter esse
nullam quodam referuata, vt necessaria fatendum est: debet
Confessarius, si absque graui incommode posse, monere pen-
itentem de defectu, ut obligacioni confitentis faciat: for-
tē enim ob non receptam absolutionem condemnabitur. Sic
Nauart. c. 26. n. 14. Coninch. disp. 8. de penit. dub. 17. n. 143. Suarez.
disp. 32. sect. 6. n. 6. Henr. l. 4. c. 12. n. 5. Bonac. disp. 5. q. 7. punct. 6.
n. 3. Si Confessarius facultatem absoluendi a referuata obti-
nuit, facillimo negotio potest defectum absolutionis reparare
procurans, vt penitentis iterum sibi conficeretur: quod uno
verbō praetare potest, si de omnibus peccatis in ea confessio-
ne manifestatis ē generaliter accuset, modò confessarius illo-
rum latenter in genere, memor sit, & specialiter recusat, si
que post illam confessionem commisit, sicuti notarunt Co-
inch. Suarez. Bonac. loc. alleg.

5. Denique ex parte Confessarii esse potest defectus, si do-
cuit penitentem errorē all' quem, scilicet, valere matrimoniu-
m, cum inualidum sit non esse obligatum restituere, etiam
ad reueletus & similia. Quibus in eventibus certum est apud
omnes Doctores, Confessarius malitiosè procedentem, sive
Parochus sit, sive delegatus, obligatum esse ex charitate, &
iustitia errore purgare: quia fuit causa malitiosa illius: quo
casu consuluit non restituere, ipse obligavit creditori satis-
facere. Si vero ex ignorantia inutilibili docuit errorē; ad-
hoc obligatur ex charitate, si absque graui incommode po-
teat. Quia lex charitatis exigit, damnum proximi, quoad fieri
poterit, reparare. Et autem graue damnum penitenti factum
ex illa iniqua doctrina, quippe ob illam est constitutus in sta-
tu de mali, & quasi impotens redditus ab eo defensandi. Er-
go, &c. Ex iustitia vero Parochus obligatur: quia ei ex officio
competit sibi subditos ab erroribus liberare, & veritatis do-
ctrinam docere, non tamen ex hac obligacione creditori de-
bet satisfacere: quia non est obligatio comparatione credito-
ris sed penitentis.

6. Quid si penitentem obligatum restituere culpabiliter
omisisti monere, ob quam omissionem non restituit, probabili-
bus censio, si Confessarius delegatus est sola lege charitatis
terci ad monitionem faciendum: quia solidū contra religio-
nem, debitamque sacramenti administrationem deliquerit: at
si Parochus ex lege iusticie tenerisquisque peccati contra debiti-
tum rui officij, ex vi cuius altringeris subditos a peccatis &
erroribus liberare, & in viam veritatis dirigere. Non tamen
tertius creditori restituere: quia obligatio Parochi non est
comparatione creditoris, sed penitentis, & subdit, sicuti in
penitentia nota Suarez. disp. 32. sect. 6. n. 9. Vasq. de penit. quest. 93.
art. 3. dub. 8. Coninch. disp. 8. dub. 17. concl. 9. circa finem. Quo-
ties autem penitentem monere debes de defectu in confes-
sione commissio expedit, vt ab eo licenciam expostulas, ne
videaris sigillum violare, vt docet Aegid. de Coninch. disp. 8. dub.
17. art. 1. nro. Duxi, ne videaris, quia probable est, te non esse cen-
sendum signilli violatorem, cum haec monitio ad perficiendum
sacramentum antea factum dirigatur, & quasi pars illius sit.
Vnde etiam remunente penitentie fieri potest. Suarez. disp. 32.
sect. 5. art. 2. Layman. l. 5. sum. tract. 6. c. 14. n. 15.

Ad extremum, ob nullam huius sacramenti iniquam ad-
ministrationem, est aliqua pena ipso iure imposta; sed arbitrio
iudicis pro qualitate criminis ferri debet, & bene notauit
Suarez. disp. 32. sect. 7.